



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 93. Alia de S. Benedicti Abbatia ad Ligerim controversia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

**Sæcul. XVI** ac propter usurpata bona ad supremum  
**A.C. 1525.** Senatum provocabat, contendens, quod  
 ejusmodi vis sine ulla prorsus auctoritate fuisset illata, cum absque Regis  
 jussu attentata fuisset. Parliamentum  
 caussam ad Regis Senatum remisit: hic  
 vero sua Canonicis bona restitui jussit.  
 Paulo post Canonici a Capitulo Depu-  
 tati aliquod ad prosequendam appella-  
 tionem diploma Curiæ porrigebant, cum  
 id postularet generalis Sanctioris Se-  
 natus Procurator, qui contra electio-  
 nem Joannis de Salazard a Capitulo fa-  
 ctam, usurpati juris titulo provocabat.  
 Igitur ad Capituli, atque electi preces Curiæ  
 antiquo juri insistens respondit, cau-  
 famque ad ipsum Regem remisit, quam-  
 vis haud ignoraret, Cancellario, de  
 cuius causa potissimum agebatur, pri-  
 mum locum deberi in Consilio, cuius  
 ipsemet erat Praeses.

### §. XCIII.

*Alia de S. Benedicti Abbatia ad Ligerim controversia.*

**Pinfo. p. 747.** Fervente adhuc hoc dissidio pariter Ab-  
 batia S. Benedicti ad Ligerim vaca-  
 bat, ad quam Regina itidem eundem  
 Pratum Cancellarium nominabat, ut  
 illum quantum in ipsa esset, beneficiis  
 cumulareret: Inde vero haud minor ex-  
 orta

orta est contentio, quam Senonensis Ar-Sæcul. XVI.  
chiepiscopatus nuper suscitabat, qua- A.C. 1525.  
propter caussa rursus ad Parliamentum  
Parisiense deferebatur: Cum vero Can-  
cellarius litem suam ab hac Curia co-  
gnosci minime sustineret, caussam ad fu-  
premium Regis Senatum avocavit. Dein  
deputabatur Morentiacus ad Parlia-  
mentum, ut eidem significaret, quod  
cognitio eorum, quæ Cancellarium con-  
cernerent, Parlamenti auctoritatem ex-  
cederet. Præterea graviter quereba-  
tur Morentiacus, quod Bochardus Ad-  
vocatus in suo libello quinques, aut  
omnino sexies repetere haud dubitave-  
rit, concordatum corruptelis esse ple-  
num, & Reginæ ausus nonnisi inquisi-  
simo fieri animo, ac Abbatiam, de qua  
controvertitur, illicitis omnino vijs fuis-  
se impetratam.

Eodem die Regis Advocatus assere- Cap. fin. de  
transact.  
bat, quod sibi non in animo nunc esset, Pinson hist.  
concordatum abrogari, cum Papæ indi-  
gnatio foret timenda; hanc in rem al- pragm. &  
concor. p. 784  
legabat Honorii III. Pontificis testimo-  
nium docentis, *interdum aliquid severitati*  
*detrahendum, prout statu imperii provida*  
*deliberatione pensato expedire videbitur.*  
Præterea his addidit, quod sibi oppor-  
tunum, quo simul concordatum conser-  
vari, atque electionum libertas quodam-  
modo restitui posset, occurrerit medium,  
cum

**Secul. XVI** cum fuisset admonitus, quod extaret  
**A.C. 1525.** declaratio, quæ rerum ad Episcopatus  
 & Abbatias concernentium cognitio-  
 nem supremo Confilio adjudicat, a se  
 tamen illam haud inspectam, nec ad a-  
 cta relata, vel in Parlamento promul-  
 gatam fuisse ajebat, ceterum subdebat  
 causias ad supremum Senatum avocan-  
 do nonnisi Regis subditos divexari,  
 eoquod hoc tribunal nulla auctoritate  
 fulciretur.

## §. XCIV.

*Parlamenti responsum ad Moren-  
 tiacum.*

**A**d ea, quæ Morentiacus exposuerat,  
 Parlamentum interposita fide palam  
 profitebatur, quod cuncta ejus membra  
 Regi inviolabili constantique fidelitate  
 adhæsura sint, nec unquam eis in men-  
 tem venerit, concordati abolitionem  
 moliri, cum id haud congruum in præ-  
 senti rerum vicissitudine censeret, ac hoc  
 ipsum ab ipsamet Majestate sua, ubi re-  
 dierit, perfici posset, ceterum inquietabat,  
 inficiari se, quod ea, quæ Bochardo Ad-  
 vocato imputantur, re ipsa ab eo fuerint  
 prolata, si vero concordatum fuisse vio-  
 latum objiceretur, id imputandum Can-  
 cellario, eoquod a Rege ad Abbatiam  
 S. Benedicti ad Ligerim se nominari se-  
 cisset,

*Pinson. l.c.*